

Lomenio.

Illustrissimo Lomenio Hugenio.

S.

(1490).

Redit ad te stupendum opus nugacissimi Jesuitae, et otiosius
nimis quam vanè, ac ridiculè abusi. Ambigunt censors
mei, iustiusne hominem admirentur an contemnant: verò
sic pronunciarunt. mallo se unius Eclogae tuae, autores
esse, quam tot difficilium ineptiarum *μαίνομενες* consar-
cinatores. quo loco Elegiam tuam habituri sint, partim
ex præjudicio meo novèri, eam ego cum prae cæteris tuis
omnibus eminare dixi, quantum lenta solent inter
ἐκ περιουσίας τ' καρίας, ἐλάττωσα, neque adhuc
mutè sententiam. Rogo te proinde ut istius mihi Præmatii
copiam facias, certus equidem te non paucis doctorum pedi-
bus, qui in illam meam sententiam abiturus sunt sine
morâ. Cæperamus de summâ rerum tuarum nonnihil
dissere, cum nos interrupit illud exudita demenciae
juvenile monstrum. Sapienter tu quidem hoc curasti.
ne te videretur frustra adisse: at me malè habuit
quod vel audire non liceret quid consilii capturus sis,
vel exponere quod ego symbola in eam rem conferre
possem. Nisi quid præcipitatis, dabitur occasio et otium
quo hæc largiusculè tractemus. Nunc expecto ut me
quam primum Ludovicus XIV. audiat, si et mihi
audire vellet, aliquis vanoræ non exularet. Hicce
expeditis iterum ad te excurram, et tuis salibus tum
ad salinum me saturabo. Nisi molestus conuina-
sum, et a prandio invidi malis. Vale meum decus.
Lutet: *II X Kal. Febr: CIOIOCLXIII.*

Capelario.

Illustri Capelario Julichensis

S.P.

(1491).

Ajebas, si bene memini, vir Amplissimo nihil admodum
causæ esse cur has orationes Erasmus nollet conscripserat,
esse vide autem et adhibe nares hisce florentis, qui
bus jam moribundi senis quasi sepulchrum consper-
gere an conspuere in antecessum voluit Casar
Scaliger, nescio quæ juvenutis improbo furore agitata.
Inter legendum hæc elegi, quibus tu vel inspectis, si
in

in

in sententiâ perostas, fatebor me Capellanum meum non
 nouisses. Vocat nimirum hominem non semel, impium,
 impurum, nefandum, vanum, ebriosum, temulentum,
 nugacem, improbum, nefandissimum, maledicentissi-
 mum, insanum, convitiosum, auarum, arrogantem,
 delirum, impudentissimum, mendaciorum sartorem
 autoremque, inuidum, indoctum, temerarium, nequam,
 nebulonem, Coenum, Labem, Belluam, Carnificem, Patri-
 cidam, Triparricidam, furiam, circulatorum, mer-
 cenaria garrulitatis venditorem, lenissimum tranfigam
 Rusticum, vetulum, Psittacum, Caniculum, Epicurum,
 Asinum corniculans, desertorem, perjurum, Bestiam,
 calumniatorem, monstrum, audacem impostorem,
 verae eloquentiae maculam, discordiarum parentem
 ac fomitem, sceleratum, Larvam, Hydram, sesqui-
 cerberum, Busiridem, omnium convitiorum, omnium
 obtreccionum, calumniarum, sycophantiarum autorem
 ac parentem, Impurum hominis monstrum, tetram
 belluam, peruersum vetulum, denique generis humani
 viperam. Et hæc ingratiâ, quid censes Domini
 nostri Jesu Christi? imò si Divi placet M. Tullii Cice-
 ronis, quem utrimque et certatim quidem Scaliger et
 Erasmus, Divinum vitum, sed suo modo singuli
 nuncupant. Quid ais vir doctissimus pariter ac mitis-
 sime, hæc Christianum decet? Tu quidem amico
 Batavo ignosces, qui tam indignis modis lacerari patria
 sua summum deum fatetur agere se concoquere.
 Adde Epigrammationem quod recitabam, quando ita
 jussisti. Vale. IV. Id. Jan. MDCLXIII.

Briennæ.

Illustrissimo Comiti Briennæ
 Zulichemius. S.

(1192)

Ibat ad supplicium laquei, rerum caelestium, ut solet
 ista gens mortalium, imperitissimus latro. Et cum
 de vite aeternae gaudiis multas occinissent Theologi,
 Istuc ego cum appulero, inquit deus bone, quam hilare
 computaturus sum cum amiculis quos praemisisti?
 Negantibus eo loci conuivis indulgeri, At inquit me
 sodales isti mei cum aduenientem viderint, fieri non
 potest